



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 134. Diversæ Sacrarum Congregationum decisiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)

Sæc. XVII versale indixit, insuper Bullam Cænæ
A. C. 1701. innovavit, variaque privilegia nonnullis familiaribus suis pro more concessit.
 Exstat quoque ejus Constitutio, qua belli flammis Italiæ impendentibus, indulgentias plenarias Christi fidelibus Italiæ & Insularum adjacentium die vigesima nona Julii indulxit, si imploraverint Dei opem pro pace inter Principes Christianos obtainenda. Præterea immunitatis privilegium in exterorum Legatorum Palatiis penitus abrogavit: Die autem decima sexta Aprilis annuit Pontifex, ut possit Officium S. Petri de Alcantara pro universali Ecclesia celebrari sub ritu dupli de præcepto: denique die decima quarta Novembribus Beneventanis Canonicis perpetuo concessit usum Mitræ tam in quibusvis functionibus Ecclesiasticis, quam in eorum insigniis: confirmavit etiam decretum, quo conceditur, ut Officium cum Missa de B. Augustino Dalmata Episcopo Zagabriensi & Lucarino in hisce Diæcesibus & toto Ordine FF. Præd. celebretur.

§. CXXXIV.

Diversæ Sacrarum Congregationum decisiones.

Inter

Inter plures Sacrарum Congregatio- **Sæc. XVII.**
 num Constitutiones feligimus sequen- **A.C. 1701.**
 tes, & quidem a Sacra Rituum Con-
 gregatione die vigesima secunda Januarii **Decis. SS.**
 ad dubia per Patrem Juvenalem **Visi-** **Congreg.**
 tatem Generalem Congregationis Ca- **Rit. Offic.**
 maldulensium Montis Coronæ respon- **Irquis. Et c.**
 sum, quod in Quadragesimæ, Adven-
 tus, & Vigiliarum temporibus occur-
 rente aliquo festo dupli vel semidu-
 plici non liceat post Primam celebrare
 Missam feriarum prædictarum, sed fer-
 vandæ sint Rubricæ, nec in die Com-
 memorationis fidelium possit celebrari
 Missa solemnis de *Requiem* post Primam,
 nec Matutinum defunctorum valeat
 recitari post Completorium in Choro
 in die SS. omnium, minus vero pu-
 blica benedictio Cinerum fieri possit
 post tertiam: nec liceat non habenti-
 bus usum Pluvialis in die, & infra
 Octavam Corporis Christi peragere pro-
 cessionem cum SS. Sacramento: Sacer-
 dotes vero in Missa congruentius utan-
 tur cingulo lineo, quam serico, quando
 autem exponuntur S. Reliquiæ, ultra
 lampadem, debeant continuo in Altari
 ardere duo saltem lumina: omittatur
 vero thurificatio in Missa Conventuali
 Dierum solemnium, quæ absque cantu
 & Ministris celebratur. Die decima
 octava Junii Saera Concilii Congrega-

Zz 3 tio

Sæc. XVII. tio decidit, quod Episcopus possit censuram infligere renuentibus in visitatione
 A. C. 1701. exhibere libros, legata, fundationes
 &c. respondit quoque S. Rituum Congregatio die decima Septembris, quod si Ecclesia Cathedralis non habeat usum Cappæ & Rocchetti, idem usus non debeat concedi Ecclesiæ Collegiatæ, quia incongruum est, quod Collegiata nobiliori habitu suam Cathedralem antecellat: declaravit quoque eadem Congregatio die prima Octobris, quod Episcopus accedens ad Ecclesiam Regularem, accepto asperforio e manibus Abbatis valeat non modo populum, sed & Abbatem, ejusque Canonicos benedicere, dummodo incedat in habitu Prælatitio.

§. CXXXV.

Scriptorum religione Catholicorum decessus, eorumque scripta.

Niceron de
Vir. erud.
vol. 21.
p. 241.

Ex Scriptoribus Catholicis hoc anno denatis celebriores sunt. I. Urbanus Chevreau qui scripsit considerationes fortuitas, Scholam sapientis, seu characterem virtutum & vitiorum, imaginem fortunæ, Historiam mundi, cuius tertia editio Anno 1717. facta est locupletior, magisque correcta, miscellanea,